





Pub. 12. Num. 7.

9
/

UNIVERSITATIS LITTERATAE ERNESTINAE
PRORECTOR
CAROLVS GVILIELMVS
WIPPERMANN

1773, 2.

PHILOS. ET V. I. D. IVRIVMQVE P. P. O. PRIM.
ORDINIS ICTORVM H. T. DECANVS
MAGISTRATVM ACADEMICVM
EIVSQVE INSIGNIA

VIRO
ILLVSTRI ET ACVTISSIMO
CAROLO GODOFREDO
FÜRSTENAV

PHILOS. DOCTORI ET OECONOMIAE LOGICES ET
METAPHYSICES P. P. O.

D. XIX. IVLII MDCCCLXXXIII.

RITE ET MORE MAIORVM
TRADITVRVS

FLORIBVS SPARSIS

AD SOLLEMNES NVNDINAS RINTELIENSES

OCCASIONE

CAP. XL. ORDINAT. POLIT. SCHAVENS.

AD ORNANDAM HANC PANEGYRIN
OMNIVM ORDINVM ET DIGNITATVM VIROS
GENEROSAM IN PRIMIS ET NOBILISSIMAM
IVVENTVTIS ACADEMICAЕ

CORONAM

QVAM HVMANISSIME
INVITAT.



RINTELII, TYRIS IOH. GODOFR. ENAX, A. T.

corum
Deus
eptem
ta cor
a am
Se ju
coepe
Meth
ratio
z gra
fami
anns
m Vi
J. P.
Vini
udovi
G. J.
z ciu
publica
Moe
m ma
sso in
rabeo
os, ne
ssim.
SIMI
ublice
Eum
, ho
hed
tentar
d du
endit.
Mae
efide
a votis
vestro

P. Wey



UNIVERSITÄT LITERARIE ERNSTINE
P R O F E S S O R
CAROLVS GUILHELMVS
WIPPERMANN


ORDINIS IUDICII ET PRAELECTORIS
MAGISTRATVM ACADEMICVM
VIRI
ILLUSTRISSIMO ACCELSISSIMO
CAROLO GODOFREDO
FÜRSTENAV

PHILOSOPHIAE
RITAE ET MORVM MAIORVM
AD SOLLEMNES VIGILIAS SINTILLANSES
OCCASIONE

WIPPERMANN
CAROLVS
GUILHELMVS

AD EXAMINVM ANTE
PRAESIDIUM ORNATVM
EROGAM IN PRAESENTIA
MAGISTRATVS ACADEMICI
COROLVS
GUILHELMVS
D. D. N. N. N.





§. I.

ROMANI ET GERMANI PRISCI COMMERCIA ET NVNDINAS
IGNORANTES, HAS POSTEA INSTITVERVNT.



Quaerenti mihi argumentum, programmati
academico conscribendo, idoneum,
mox se obtulit eorum privilegiorum
tum copia, tum varietas, quae intuitu nundinarum certis
locis, ad commercia feliciter augenda, sunt concessa.
Prisci quidem Romani aequae, ac Germani antiquissimi,
quorum candidos mores TACITVS depingens, dubius
A 2 refert,



refert, utrum propitii, an irati Dii auri argentique usum illis denegaverint, nundinas & commercia ignorarunt. Sed secutis temporibus, pristina morum asperitate, quum omnem reipublicae salutem in bello manibusque positam esse putarent, abiecta, insignia, commercii causa proficiscentibus, privilegia indulserunt. Quanti enim Romani commercia fecerint, vel inde patet, quod Mercurium negotiatorem, callidum licet fraudulentum, divino honore profecuti, illum mercaturae praesidem coluerint, collegiumque mercatorum, quod mercuriale dictum erat, teste LIVIO *L.3 cap.27* adornaverint; quapropter magnis variisque immunitatibus nundinarum causa venientes exornaverunt. Haec vitae elegantioris scientia, hoc studium mollius delicatiusque ope merciorum vivendi, a Romanis ad finitimos Germanorum populos, utramque Rheni Danubique ripam accolentes serpsit, & postea ab una natione Germana ad alteram occultis quasi viis peruenit. Jam aurum argentumque aestimare, jam cultum victumque peregrinum amare coeperunt: Vnde mutui commercii ineundi necessitas enata, eamque ob rem, publici temporibus statim conventus, negotiationis exercendae causa, habitus, certique comites merciorum, qui postea *Hanse Grafen* dicti, jam sub regibus Germanorum Franciscis, testes TEPHANO BALVZIO *T.1 cap.V p.425* creati fuerunt.

§. II.

STVDIVM D. ERNESTI PRINCIPIS IN COMMERCIA

ET NVNDINAS.

Superfedeo, id plenius ex rerum gestarum monumentis probare. Vnicum plane domesticum testimonium profero. Quanta studia in promovendis, per nundinas, in ditionibus sibi subjectis, commerciis DIVUS ERNESTVS, Princeps Schauenburgicus, sedis hujus litteratae Visurginae fundator munificentissimus, posuerit luculenter comprobatur ordinatio Politiae, terris Schauenburgicis praescripta, & in lucem 1615 edita, in cujus cap. 40. nundinis, in oppidis comitatus Schauenburgici institutis, varias indulget immunitates.

§. III.

LEGES ROMANAE AD NVNDINAS GERMANORVM

NON SEMPER ADPLICANDAE.

Animus non est, copiosa sinuosaque prolixitudine omne argumentum nundinarum percurrere, difficillimum sane, quia leges, quas in titulis Pandectarum & Codicis de nundinis habemus perpaucae sunt, maxima involutae obscuritate. Et quantum id est, quod, operoso & multo labore, ex his legibus Romanis erutum, usu adhuc servatur? Pleraque enim momenta legis unicae Cod. de nund. & mercatoribus in desuetudinem abierunt. Cessat enim, secundum dictam sanctionem exactio vectigalis, intuitu mercium, quae ad nundinas adve-



hantur, vel adportantur, hodie solvendi. Immunis est mercator, a solutione pecuniae pro loco, in quo eae venum exponuntur, exigi solitae: sed hae omnes immunitates ad nundinas Germanorum applicari non possunt; siquidem ipsi domini ac magistratus oppidorum, in quibus nundinae anniversariae celebrantur, hanc liberationem mercatoribus haud indulgent, multo minus principes, per quorum territoria, aut civitates merces feruntur, vectigalium exactione desistunt. Imo haec sanctio politicae, Schauenburgicorum oppidorum Magistratibus cap. 40. *Man sol die Krämer und andere Handthierer mit ungebührlichen Stättgeld nicht beschwehren*, jus exigendi a negotiatoribus pecuniam pro loco, in quo merces venum publice exponuntur, solvendam adscribit. Haec emolumenta percipiendi facultas jam magistratus Rinteliensis per diploma OTTONIANVM de anno 1392 infra excitandum obtinuit; modo exactio hujus pecuniae determinatum observantia modum non transgrediatur, ne commerciorum libertas exactionibus his insolitis impediatur. Nullus enim magistratus novum onus illis, qui ad mercatum veniunt, imponere potest, IOANNES BALTHASAR a WERNHER *select. Obs. for. p. 8 Obs. 426 p. 411.*

§. IV.

NEC PRIVILEGIA NUNDINALIA GENERALIBVS REGVLIS
INCLVDI POSSVNT.

Nec doctrina de privilegijs nundinarum sollempnium
certis



certis generalibusque regulis includi potest. Discrepant enim invicem immunitates nundinales: litterae, quibus datae sunt, obscurae nimis, generales sunt, sibi que invicem saepius contradicunt, ut certi quid, per leges abstractionis logicae, inde exsculpi vix possit. Insistamus igitur immunitatibus, nundinis oppidorum Schauenburgicorum, inprimis urbis Rinteliensis concessis, & flores tantum ad has libertates spargamus. Vetant programmatum Academici limites prolixiorum hujus argumenti discussionem; obstant impedimenta domestica, cuius haud ignota, quae semper excusationem ipsis legibus probatam habent.

S. V.

QVOD NUNDINAE? UNDE NOMEN ACCEPERVNT?

Nundinae sunt conventus publici, auctoritate superioris, temporibus statis, mercium emendarum vendendarumque gratia, habendi: Nundinae dictae, quasi novendinae, a novem diebus, quod nono quoque die semper apud Romanos celebrari solebant. Nundinarum Romanarum originem quidam ipsi Romulo adscribunt; alii Servium Tullium nundinas adornasse perhibent, ut octo diebus in agris rustici opus facerent, & nono die, intermisso opere, ad mercatum, legesque accipiendas Romam convenirent, & ut scita & consulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die proposita a singulis & universis facile noscantur, MACROBIUS *L. I cap. 16*

Satur-



Saturnal. Multi etiam cives Romani ex agris, ubi degere malebant, vitam rusticam agentes, mercandi aliorumque negotiorum expediendorum causa, in urbem veniebant: Comitia per trinundinum indicta fuisse testatur LIVIUS L. 3 c. 35. Sic jure decemvirali scriptum est, ut creditor debitorem vinctum tribus nundinis ad praetorem in foro producat, & quanti aestimatus fuerit, publice enunciet; adeas velim leges XII. Tabul. a nostrate IOANNE NICOLAO FVNCCIO illustratas p. 186, 199. Commendamus hic antiquitatum studiosis elegantissimum libellum ERYCI PVTEANI *de nundinis Romanis cap. II.*, qui in IOANNE GEORG. GRAEVII *thes. antiquit. Rom. T. VIII p. 650* extat.

§. VI.

GERMANICE VOCANTVR Märkte, Messen / VNDE

HAEC DENOMINATIO?

In patria lingua nundinae vocantur Märkte / Kirche messe, & corrupte Kirmisse: In sensu latiori vox Märkte vocem Messe sub se continet; in specialiori his opponitur, quod praecjudicio quodam illustrat AVGVSTINVS DE LEYSER Tom. I spec. 10 med. 8 p. 109 & T. XI spec. 679 med. 17 p. 43: origo vocis Messe est haec: Antiquioribus Germanorum temporibus tot templa, quot nunc deprehendimus, nondum erant extructa; longius habitantes ad ecclesias parochiales aliquot milliaria proficisci coacti fuerunt; cumque meliores putarent conciones & missas episcoporum, quam parochorum, sacerdotum vulgarium; cursitarunt

habi-

habitantes ex agris, primariis diebus festis, in civitates, quibus episcopus praecerat, episcoporum & abbatum audiendorum causa. Hinc mercatus & negotiationes frequentiores & celebriores fieri coeperunt in civitatibus episcopalibus, quam in parochiis. Hinc encaenia & nundinae saepe uno die celebrata fuerunt. Plura dabit IACOBVS WEMCKER *de sollemn. in German. nund. num. 4 p. 4.* Sancti saepe fama, quae undique percrebuit, ansam dedit peregrinationibus religiosis, qua ex causa contigit, ut multa monasteria sancto celebri dicata, jus nundinarum impetrarent; LVDOVICVS Infans, rex Germaniae Monasterio Corbeyensi jus concessit instituendi mercatum publicum; discimus id ex ejus diplomate de anno 900 apud FÜRSTENBERG. in *Monum. Paderborn. p. 105,* & NICOL. SCHATENIVM in *Annal. Paderborn. L. 3 ad ann. 900 p. 237.* Plura collegit IOANN. FRID. PFEFFINGER in *Vitriario illustr. T. III L. 3 Tit. 2 p. 168.*

§. VII.

NUNDINAE IN SE CONSIDERATAE NON HABENT PRIVILEGIUM.

Nundinae, cum denotent statos dies, quo plures mercatores, negotiationis exercendae gratia, ex diversis locis concurrunt, per se nullum privilegium habent, de LEYSER *T. XI spec. 67 med. 5 p. 37,* sed tamen, ut auctoritate publica instituantur, institutaeque dirigantur, inspectio civilis postulat. Hinc nundinis per se & sua natura,

B

inest,



inest, ut durantibus illis, maxima emendi vendendique libertas unicuique pateat. Sin igitur jus quoddam singulare nundinis concessum est, privilegium ut adsit, opus est.

§. VIII.

NUNDINAE VEL SOLLEMNES, VEL MINVS SOLLEMNES:

ILLAE VEL IMPERIALES, VEL TENITORIALES.

Variae inde dantur nundinarum species, vel enim nundinis speciale privilegium concessum est, ut durantibus illis, neque hi, qui mercatus gratia convenerunt, neque res eorum, in loco nundinarum in jus vocentur aut detineantur: vel non. Priori casu nundinae vocantur nundinae sollemnes, Germ. *Messen*, posteriori vero nundinae minus sollemnes, & patrio idiomate *Märkte*. Illis nundinis sollemnibus aut hoc privilegium ab Imperatoribus & regibus Germaniae est indultum, tunc appellantur, *nundinae sollemnes imperiales*, *Kaysertische freie Reichs-Messen*, aut ab ordinibus imperii, tunc audiunt *nundinae sollemnes territoriales*, in vernacula nostra *Landesherrliche Messen*; quales ante aliquot annos ex indulgentia *Principis* nostri Indulgentissimi Castellis sunt adornatae.

§. IX.

CONTRARIA OPINIO REFVTVR.

Sunt, qui characterem nundinarum sollemnium in singulari mercatorum exterorum solidariorum, *devev*, die



die ins Große handeln / frequentia, & mercium exoticarum diversissima copia ponunt: sed hi fallere, fallique mihi videntur; dantur enim nundinae, ad quas tendentibus & illinc recedentibus mercatoribus a principe immunitas, ne in jus vocentur, aut res eorum detineantur, non est impertita, quae tamen tum mercatorum solidariorum frequentia, tum mercium peregrinarum copia haud incelebres sunt; contra deprehendas nundinas sollemnes, quas nulli mercatores solidarii adire solent, sed tamen, si velint, possint.

§. X.

NUNDINAE MINVS SOLLEMNES VEL ANNIVERSARIAE VEL
HEBDOMADARIAE.

Nundinae minus sollemnes aut singulis annis, aut hebdomadibus semel, bis, ter, quaterve stas temporibus recurrunt; illae vocantur anniversariae, *Jahr-Märkte*, hae hebdomariae, *Wochen-Märkte*, audiunt.

§. XI.

CVI COMPETIT JUS NUNDINAS INSTITVENDI?

Jus nundinas imperiales instituendi, ordinandi, mutandi, transferendi solus Imperator habet, nec vicarii Imperii, IOANN. GEORG. ESTOR Perillustri Universitatis litteratae Marburgensis Cancellarius *T. III der Rechtsgelahrtheit der Deutschen* §. 190 p. 270 cura Illustri IOANN. ANDR. HOFFMANNI edita; dissentit quidem AHASVERVS FRITSCH. *de regali nundin. jure cap. 6 §. 5 num. 46 p. 246 in Syllog. varior. tract. jur. publ. § pri. horum enim po-*
B 2 testas



festas ad Auream bullam est adstricta, nec jura in illa haut expressa sibi vindicare possunt, nisi illa ex novis legibus obtinuerint. Territoriales sollemnes & anniversarias minus sollemnes quavis status imperii in suo territorio, hebdomarias quilibet magistratus municipalis adornare potest, de LEYSER T. XI spec. 679 med. 18 p. 43. a WERNHER *sol. obs. for. n. 8 obs. 425 n. 5 p. 411.* SAM. STRYCK in *Vsu moderno Pand. L. 50 Tit. II n. 2 p. 1033*, FRITSCH *de regali nundin. jure cap. 5 num. 3 p. 257*, quippe qui posteriores partem politiæ civiæ, magistratui municipali competentis constituunt, & hodiernæ nundinæ hebdomariæ antiquis Romanorum nundinis similes esse videntur, quas magistratus municipalis citra Imperantis consensum instituire poterat, quum non negotiationis exercendæ gratia, sed annoniæ causâ haberi solerent, licet jus principis territoriale circa nundinas hebdomarias ex rationibus inspectionis supremæ civilis nequaquam excludi possit, & quandoque etiam hujus consensus in nundinas hebdomarias adornandas expeti solet.

§. XII.

NUNDINÆ ANNIVERSARIÆ RINTELIENSES SVNT
SOLLEMNES TERRITORIALES.

Sed, ad quamnam quaeso speciem nundinarum Rintelienses sunt referendæ? Nullus dubito adstruere, illas sollemnes territoriales esse. Comprobat hoc assertum sanctio politiæ cap. 40. // So lange die Fahne aus
// stecket,



//stecket / sol keiner die Zeit über um Schuld oder andere
 //bürgerliche Sache arretiret und aufgehalten werden. //

Per haec verba Divus legislator Ernestus omnibus, qui
 negotiationis exercendae causa nundinas anniversarias,
 in oppidis Schauenburgicis celebrandas, sunt adituri,
 liberum accessum et reditum, liberamque commoratio-
 nem durantibus nundinis indulgit, ut neque mercatores,
 neque eorum res ullo praetextu detineri possint, ex quibus
 elucescit, nundinas has sollempnibus territorialibus
 omni jure esse annumerandas. Neque tamen quis putet,
 urbem Rintelensem per hanc demum ordinationem
 politicae, jus nundinas anniversarias sollempnes adornan-
 di, obtinuisse: Antiquiores sunt hujus urbis nundinae
 sollempnes. Jam OTTO Comes Schauenburgicus 1392

huic urbi duas nundinas sollempnes instituendi in pecu-
 liari diplomate, quod inclutus IOANN. ENGELH. KAHLE-
 RVS nostras den Rintelischen Anzeigen vom Jahr 1769, 38
 Stück p. 302 inferendum curavit, concessit. Verba
 diplomatis, quae huc spectant, sunt haec: //

dat wy hebbet
 //ghegheven und ghevet in düssen breve unsen leven bōrghern
 //to Rintelen unde alle den ghennen / de darzūlves vbonach,
 //tich zynd un inkomende zynd tve vryge ferknyffe in deme
 //Jahre de eyne de zal wesen to sūnte Jocopes dre daghe
 //he vorn und dre daghe na, de andere de zal wesen des an-
 //dern Sondaghes na paschen dre daghe vorn und dre daghe
 //na / düsse vryheit de hebbe wy on also ghegheven / dat ne
 // mand



// mand den andern en zal bezeiten myt unsen Gherichte eber
 // myt eynerlei gewalt / antasten noch an yru lyf noch an yru
 // Gued. // *inno anstentor lincitor auis*

§. XIII.
 PRIMA QVAESTIO, QVI FRVNTVR PRIVILEGIO NVNDINA-
 RVM RINTELIENSIVM SOLLEMNVN.

Variae circa hanc dispositionem quaestiones mo-
 veri possunt, quas brevibus tangam. Prima esto: *quis*
perfrui potest privilegio nundinis Schauenburgicis, maxime
Rinteliensibus concesso? Tum diploma OTTONIANVM, tum
 ordinatio nostra politicae vocabula generalia // niemand
 // den andern, keiner adhibent. Hinc omne discrimen
 inter peregrinos & indigenas exulat: nulla hic nec di-
 gnitatis, nec ordinis, nec status, nec religionis ratio ha-
 betur. Omnes sive nostris, sive alienis sacris sint addi-
 ti, sive dignitate & auctoritate, sive minus sint con-
 spicui, aequali honore condecorandi sunt, aequali tuitio-
 ne publica digni, qua de causa Divus Ernestus magi-
 stratibus injunxit, ut invigilent, ne mercatorum quis-
 en verba: die Ráthe der Städte sollen mit dem Markmeis-
 ter darauf sehen, daß die Leute, so Waaren herein bringen,
 von den Einwohnern und losem Gesindlein nicht beschimpft,
 vielweniger überfallen werden / sondern männiglich dazu an-
 halten / daß sie sich in diese neue Ordnung / so ihnen zu gute
 gemeinet / und zum Einkauf sein schicken.

§. XIV.

NEC IVDAEI HOC PRIVILEGIO EXCIDVNT.

Nec Judaei effectibus privilegiorum nundinalium privandi sunt. Quum enim Judaei in Imp. Germanico, in publicam tutelam recepti, in Civitate, licet non de civitate Germanica, uti ICti loqui amant, sint, nec hodie pro peregrinis, aut hostibus Imperii proscriptionis, prout id ex improvido zelo olim accidit, haberi possint, & ipsae leges Imperii publicae eos communionis juris civilis, adeoque Juris commerciorum participes redderint, prout colligere licet ex Recessu Imp. Augustano de anno 1551 *§ diesen zu begegnen, ib. doch sollen die Juden die aufrichtige Handthierung / und Commerciën in den offenen freyen Messen und Jahrmärkten über unbenommen seyn: certe equidem ut in contrariam sententiam de scendam a me impetrare non possum; qua de causa haud vituperandus mihi videtur magistratus Rinteliensis, qui Judaeis, durantibus nundinis sollempnibus facultatem, merces suas in tabernis exstructis venum exponendi impartivit, quum antea ipsis tantum liceret, merces suas per domos tempore nundinarum sollempnium circumferre (hansiren).*

§. XV.

NON DIGNI SVNT HOC PRIVILEGIO NVNDINALI FACINOROSI, ADVLTERATORES PONDERIS, MENSVRÆ.

Ex quibus omnibus patet, cunctos, qui nundmas

fol-

edec
in spon
gna
mo-
quis
xime
tum
mand
rimen
ec di-
io ha-
addie-
con-
uitio-
magi-
quis-
ciatur:
rmetu-
cingen-
impf-
zu an-
zu gunt
s. XIV.



sollemnes adire cupiunt, iisdem iuribus & privilegiis gaudere, modo facultatem his iuribus fruendi delictis perpetratis non amiserint: Hinc homicidae, fures, proscripti, relegati hoc securitatis bono, nundinis sollemnibus concessio, neutiqum digni sunt: id quod pluribus duxit ERNESTVS MARTINVS CHLADENIVS *de increm. & iuribus mercaturae in German.* §. 6, hos enim prehendi, inque vincula duci iubent patriae leges; etsi enim nundinis sua competere debeat libertas, etsi omnibus de iure ad eas liber aditus, salus tamen publica, suprema reipublicae lex, nunquam permittit, ut latronibus, furibus, aliisque istius furfuris hominibus tutum aperiatur asyllum. Singulare igitur plane beneficium est, quod CAROLVS IV Imperator proscriptis dedisse legitur, ut illis nundinas Francofurtenses tuto frequentare liceat: evolve privilegia francofurtana p. 170: nec digni sunt privilegiis nundinalibus, qui pondera, mensuras, monetas adulterant: hos enim diploma OTTONIANVM modo excitatum fruitione beneficiorum, sollemnibus nundinis Rinteliensibus indultorum his verbis excludit: // Oct 30 en zal zich nemand oppe de vryghheit des vorlaten, dat he valsch do/ in wychte eder in markt eder in jenuigherleyge kopenscap eder dat he an anderen saken ocken brecke/ is dat he dar an brecket, in der vryghheit / dat he boten/ dat bore sich an den Rad eder am den Richter to richtende / unde des wylle wy deme Rade un Richter behoupe und bestendich wesen /



§. XVI.

DVRANTIBVS HIS NVNDINIS LIBERTAS COMMERCIOIVM
INTVIV OMNIVM MERCIIVM OBTINET?

Altera quaestio, quae intuitu nundinarum sollemni-
um Rinteliensium excitari potest, haec est: an haec com-
merciorum libertas intuitu omnium, quaecunque fuerint,
mercium locum obtineat? Ordinatio Schauenburgica ita
cavet: // *der Marktmeister sol beschaffen, daß alles in seiner*
// *Ordnung bey einander sey, und gute gesunde und tüchtige*
// *Waaren in billigem Werth gekauft und verkauft werden:*
ex quibus verbis patet, mercium tantum vitiosarum in-
vectionem tempore nundinarum sollemnium in oppidis,
Schauenburgicis esse prohibitam, adeoque ratione mer-
cium, quae nullo vitio affectae sunt, hanc quaestionem
ex indole plenae libertatis, nundinis concessae, esse dijudi-
candam: Hinc regula sequens firma manet: *Omnis gene-*
ris merces, quibus alii indigent, ad nundinas afferre licet;
postulat id nundinarum favor, quo major enim & copio-
sior concursus ementium & vendentium efficitur, quo
magis liberum omnibus est emendi vendendique arbitri-
um, eo magis florent commercia, eoque celebriores &
frequentiores redduntur nundinae.

§. XVII.

QVAE TAMEN EX SALVTE PVBLICA QVANDOQVE
RESTRINGENDA.

Ne quis vero putet, me per plenam emendi ven-
dendique libertatem nundinis vindicatam luxui januam
C aperire

s gau-
per-
pro-
emni-
us de-
S. in-
di, in-
nundi-
decur-
na rei-
aribus,
sylum.
Lvs IV
ndinas
vilegia
dinali-
s enim
e bene-
ltorum
de vryg
in mat
ren sic
reit / hat
sichter ta
er behol
S. XVI



aperire, varias mercium species a se invicem distinguendas esse, cum cura moneo. Quandoquidem omnes merces in tria genera possunt dividi; aut enim ad vitae sustentationem sunt necessariae; aut commoda nostra augent, ut vitam agere possimus beatiorem, commodioremque; aut solis voluptatibus nostris inserviunt; necessariorum & utilium mercium invectiones omnino studio promovendae sunt; voluptuariae vero merces, etsi a multis civibus appetantur, non tamen semper bonis probantur principibus, Cavenda est pernicioza luxuria, quae, voluptuariis mercibus alitur, magisque corroboratur. Jam Romani certarum mercium invectionem & exportationem interdixerunt, uti patet ex *L. 1, 2 C. quae res venire non possunt, ex l. 1, 2, C. quae res exportari non debeant l. 2. C. de commerc. & mercat.* Jam Caesar & ordines Imp. mercium voluptuariarum, maxime peregrinarum venditionem in Comitii Augustanis per *reformationem politicam de 1548 von unordentlicher Köstlichkeit der Kleider* prohibuerunt. Jam LVTHERVS in *comment. ad Genesin cap. 47* de clade, Germaniae nostrae ex luxu immodico imminente, conquaestus, in nundinas quasdam Imperii sollemnes, propter merces peregrinas, ad corrumpendos Germanorum mores invecetas, acerbè est invecetas: recte ergo prudentes legislatores nundinaum libertatem per salutem publicam determinant: Consulat hic Illustris GEORGII HENRICI AYRERI *Dist. S. R. I. princeps poli-*

politiā circa commercia civium suorum rite adornans sect. 2
num. 14.

s. XVIII.

IN NVNDINIS VENDITIO VETITARVM MERCIVM EST
INTERDICTA.

Tempore belli sollempniter ab Imperio Germanico
indicti, arma, pulverem pyrium, plumbum, globulos-
que ex eo fusos, omnemque apparatus, per quem ho-
stis ad bellum gerendum instructior, sive immediate sive
mediate, redditur, hosti vendere est prohibitum. CARO-
LVS FERDINANDVS HOMMEL *de commercio in S. R. Imperio
tempore belli interdicto Sect. 2 cap. 1 num. 18*, IOANNES IV-
LIVS SVRLAND *de jure commercior. in bello num. 7 p. 12*: adde
IOHANNEM GOTTLIEB HEINECCIUM *de mercibus ob mercium
illicitarum vecturam commissis Hal. 1721*, IOANN. HEINR.
SPINDLER von der im heiligen Römischen Reich verbotenen
Handlung, in der Sammlung auserlesener Juristischer Ab-
handlungen, das teutsche Staatsrecht betreffend n. 4 p. 153
CONRADVM FRIDERICVM KESLER von denen wegen Führung
Contrebandwaaren weggenommen Schiffen in laudata colle-
ctione n. 5 S. 180: quinimo tempore belli imperii sol-
lemnis etiam venditio mercium luxui inservientium, imo
omne genus commerciorum cum hoste Imperii decla-
rato interdici quandoque solet; id quod D. IOSEPHVS
Imperator in peculiari ordinatione commercii de anno
1705 n. 1 intuitu mercium a Gallis confectarum sanxit,

C 2

HOM-

en-
nes
rae
bra
no-
nt;
ni
es,
nis
ia,
bo-
em
C.
ari
&
re-
re-
feit
ent.
xu
tas-
ad
est
um
las
ceps
oli-



HOMMEL *alleg. l. sect. 2 cap. 2 §. 22 p. 23* SPINDLER exci-
tato loco p. 158, nec minus mercium, tempore pestis, in-
vectio ex locis, qui hac lue funesta sunt affecti, quovis
tempore, hinc & nundinali, est prohibita, ESTOR p. III
der Rechtsgelehrtheit der Teutschen num. 208 §. 273. For-
san, si conijcere licet, tales merces in animo habuit Di-
vus Ernestus princeps & legislator, dum comitibus com-
merciorum, vulgo Marktmeistern injunxit, ut invigilent,
ne merces vitiosae ad nundinas, Schauenburgicas affe-
rantur.

§. XIX.

DE IMMUNITATE AB OMNI INQUIETATIONE SOLLEMNIBUS
NUNDINIS INDULTA.

Secundam quaestionem nunc excipit tertia: quod-
nam beneficium indultum mercatoribus, nundinas in op-
pidis Schauenburgicis institutas, adeuntibus? Praemit-
tere hic mihi liceat ipsa verba diplomatis OTTONIANI:
// düsse vryheit de hebbe wyyn on also ghegheven, dat nemand
// den andern en zal bezeilen myt unsen Oherichte eder myt
// eynerlei gewalt, antasten noch an zyn luf noch an zyn Guedy
quibus annectam verba sanctionis Schauenburgicae:
Sol keiner die Zeit über um Schuld oder andere bürgerliche
Sache arretirt werden. Haec securitas, ne illi, qui duran-
tibus nundinis mercatum exercent, eorumque res deti-
neantur, tantum competit solis nundinis sollemnibus,
per quam hae a minus sollemnibus nundinis distinguun-
tur.



tur. Haec sanctio provincialis in genere loquitur, quae de causa haec securitas non solum illis, qui ex locis exteris ad nundinas oppidorum Schauenburgicorum in primis Rintelienses profecti sunt, sed etiam ipsis incolis horum oppidorum, adscribenda est, lege enim, ut ICTⁱ dicere solent, non distingente, nec hos distinguere decet. Allatae huic rationi alia accedit, quae ex generali commerciorum & nundinarum favore deducitur: omnibus enim, qui, durantibus nundinis sollemnibus, negotiationem exercent, hoc jus singulare est concessum.

§. XX.

DVBIVM REMOVETVR.

Nec obstant haecenus deductis verba L. unic. C de nund. & mercat. „*nullum conveniunt*,“ ex quibus nonnulli deducere conantur, illos quidem, qui nundinarum jus impetraverunt, debitores suos durantibus nundinis in jus vocare non posse, quia illos contentos esse oporteat, quod civitas, jure nundinarum sollemnium instituendarum ornata, majores facultates acquirendi occasionem nacta sit: illos vero, qui aliunde ad nundinas profecti in illis contraxerint, non prohiberi, debitores suos, ibi deprehenfos, convenire. Sed facili negotio hoc dubium removetur. Primo enim haec explicatio verborum sensui hujus legis litterali refragatur; dein libertatem commerciorum magis restringeret, quae tamen ob favorem



rem nundinarum generalem, quantum sine iactura salutis publicae fieri potest, promovenda est, maxime cum ratio generalis huic ipsi legi addita sit, „ne in mundinis concurrentibus aliqua molestia possit in ferri:“ Dein, jam supra monui, leges Romanorum circa nundinas, in Pandectas & Codicem relatas, ad nundinas Germanicas non omni ex parte applicari posse, sed ex ipsis privilegiorum, nundinis sollempnibus concessorum, verbis rem omnem dijudicandam esse, quam opinionem praeter alios adoptarunt ANTONIVS PEREZ in *praelect. in Cod. L. 4 §. 59 p. 335*, AHASVERVS FRITSCH *de regali nundin jure cap. 7 §. 2 p. 286*, GEORGIVS STEPHAN WIESAND *de ratione interpretandi privilegiorum nundinarum sollempnium p. 20.*

§. XXI.

QUI NUNDINIS INTERSUNT, IMMUNITATE NUNDINALI GAUDENT.

Gaudent igitur hac immunitate tam domestici, quam peregrini mercatores, qui in eo pari libertate fruuntur, ne quis eos actione pulsare possit. Nec interest, utrum, qui nundinis interfunt, mercaturam exerceant, an vero aliam vitam degant; nulla enim ratio subest, cur tam angustis finibus hanc libertatem circumscribamus, & ad solos mercatores restringamus, cum tamen nec solis mercatoribus inferviant, sed potius, ut tanto numerosiores nundinae celebrentur, quanto plura omnium hominum genera in iisdem conveniant.

§. XXII.



§. XXII.

NUM IMMUNITAS NUNDINARVM AD QVAEVIS DEBITA
SIT EXTENDENDA.

Pedem promoveo ad quartam quaestionem: an haec immunitas intuitu cuiusvis debiti mercatoribus ad nundinas proficentibus sit indulta, non habito discrimine, num debitum ante nundinas, an vero in ipsis nundinis fuerit contractum? Priorem visionem tantum non omnes Icti affirmant: de posteriore vero specie acre inter Ictos est certamen. Alii enim, quoad debita, tempore nundinarum contracta, hanc immunitatem exulare contendunt, freti L. 19 §. 2 D. de jud. quodsi enim legatus in loco legationis ob contractum ibi celebratum conveniri potest, certe mercator majori privilegio gaudere non poterit; cui accedit, quod quisque contrahens forum sortiatur in foro contractus: hanc sententiam fovet MATTHIAS BERLICH p. I *conclus.* 77 num. 8, MATTHAEVS WESENBECCIVS in *parat. Pand.* L. 50 Tit. II num. 2, SAMVEL STRYCK in *Vsu moderno Pand.* p. IV L. 50 Tit. II §. 5 p. 1036, IOANNES BRVNNEMANN in *comm. ad Cod.* p. 357, ANTONIVS PEREZ in *prael. ad Cod.* p. 335, qui & illam extra Saxoniam in praxi receptam esse asserit. Alii vero in contrariam descendunt sententiam, inter quos excitare juvat BERNHARDVM BACHOVIVM in *not. ad Wesenbeccium* num. 2, HEINRIC. HAHN in *not. ad Pandect. tit. de nund.* num. 2, GEORGIUM ADAM STRUVE in *Exercit. ad Pand.* T. III p. 125, qui



qui ad dubia modo prolata respondit, quod quis tunc in loco contractus forum fortietur, si privilegio speciali non fuerit munitus, & legati in loco contractus conveniri possent propter expressam legis specialis sanctionem, quibus addit, quod haec opinio, ob generalia verba, legi un. C. de nund. & mercat. magis sit conformis, & favor commerciorum, nundinarumque libertas nullam patitur restrictionem. Sed huic liti non diutius immoramur. Desinit illam Divus Ernestus per verba adjecta: //es wäre //ve dann, daß sich dieselbige Sache in und auf dem Tager //markte hätte begeben. //

§. XXIII.

ETIAM AD DEBITA IVREIVRANDO FIRMATA.

Nil refert, utrum debitum, propter quod quis nundinarum sollemnium tempore in jus vocatur, jurejurando sit firmatum, nec ne, quia omne jusjurandum ultra id, circa quod versatur, non est extendendum; is enim, qui negotium quoddam jurejurando firmat, obligationem tantum, quae praeeexistit, munire intendit, nec praesumitur, beneficio suo renunciare voluisse FRITSCH *l. all. cap. 7 num. 49 p. 294*, MÜLLER *ad Struc. exercit. ad Pand. Exerc. 50 thes. 83 p. 1256*, quod tamen assertum sic limitandum esse putem: si generaliter solutionem jurejurando promiserit; aliud ergo obtinet, si debitor in ipsis nundinis solvere juraverit; hac enim posita visione jusjurandum vim renunciationis specialis habet.

§. XXIV.



§. XXIV.

DANTVR EXCEPTIONES, VBI HAEC IMMVNITAS CESSAT:
PRIMA.

Dantur tamen exceptiones, ex quibus haec immunitas ab omni actione instituenda, detentione, arresto, cunctaque divexatione cessat. Unam §. praecedenti tetigimus; tangamus reliquas: quarum prima in Ordinatione politiae Schauenburgica est fundata, quae hanc immunitatem expresse ad debita civilia ob verba: „*odet ander bürgerliche Sache*“ restringit. Hinc concludere mihi licet, circa debita publica, verbi causa tributa, multas solvendas, omnem nundinarum immunitatem, exulare: nam causae publicae omni tempore sunt expediendae, quo pertinet *l. 3 D. de feriis & dilat.* his verbis concepta: „in eum, qui quid nundinarum nomine adversus communem utilitatem acceperit, omni tempore jus dicitur“ imo ipsa lex un. C. de nund. & mercat. ad quam tamen omnes, qui singularia nundinarum sollemnium jura nimis justo dilatare solent, provocant, debitorum tantum privatorum mentionem injicit.

§. XXV.

CESSAT OB NON SOLVTVM VECTIGAL.

Ex haecenus deductis apparet, mercatorem ejusque res ob non solum vectigal, etiamsi nundinae adhuc durent, posse detineri. Vectigal, si in sensu generaliori accipiatur, est debitum publicum sive tributum, propter securitatem publicam, transitum, usum viae, pontis,

D

flu-



fluminis solvendum; Aequissimum igitur est, ut illi, in quorum favorem hae res potissimum magnis saepe expensis exstruuntur, exstructaeque conservantur, ad eorum exstructionem reparationemque pro lucri & commodi inde ad se redeuntis magnitudine, aliquid conferant. Sustentatur haec opinio per *l. 6. C. de vectig. & commiss.* Nec obstat *L. un. C. de nund. & mercat.* quippe quae expressis verbis mercatoribus nundinas sollemnes adeuntibus immunitatem a vectigalibus non indulget, & si forsitan hujus juris singularis mentio ibi fiat; ad nundinas tamen nostras sollemnes, ut supra probavimus, indistincte applicari non potest. Defensores nostrae opinionis excitamus FRITSCHIVM *cap. 8. num. 4. p. 303*; GEORG. STEPHAN. WIESAND *cit. loco p. 22*, qui simul contrariam sententiam firmis convellit rationibus.

§. XXVI.

CESSAT, SI MERCATOR DE FUGA EST SUSPECTVS.

Nec gaudet hac immunitate nundinarum sollemnitum mercator de fuga suspectus, pro quo omnino haberi debet ille, qui ante finitas nundinas, antequam suae satisfecerit obligationi, clam se creditoribus suis subducere studet; publicae enim utilitati magis convenit, mercatores de fuga suspectos, eorumque res arresto detinere, quam, eo omisso, occasionem impune decipiendi illis suppeditare, & in debitore fugitivo, qui cum aliis debitoribus non eodem jure uritur, haec



haec privilegia cessant, nec eorum malitiae est indulgendum, FRITSCH *cit. l. cap. 7 §. 9 num. 30 p. 290*, WIESAND *p. 26*, CASPAR KLOCK *de contribut. cap. 3 num. 38*, ESTOR *p. III der Rechtsgelehrtheit der Deutschen §. 308 p. 273*, IOANN. FRIEDER. PFEFFINGER *in Vitr. illustr. T. III. l. 3, tit. 2 n. 40 p. 196*. Contraria sententia in foris Saxonice obtinet, tum propter auctoritatem BENED. CARPZOVII *tit. 30 def. 25*, tum propter *Constitut. elect. Saxon. 30 p. 1*, tum ob privilegium ab Imperatore MAXIMILIANO I senatui Lipsiensi 1497 concessum; CARPZOVIO adstipulantur praeter alios STRYCK *in Usu mod. p. IV libr. 50 tit. II §. 6 p. 1036*, IOANN. HEINR. DE BERGER *in oecon. Juris l. I Tit. 2 num. 2*, LÜDER MENCKEN *in system. jur. Civ. secundum pand. L. 50. Tit. II §. 4 p. 940*.

§. XXVII.

CESSAT, SI QVIS REM FURTIVAM EMIT.

Simili ratione mercator, qui rem furtivam, licet bona fide, emit, contra dominum, rem suam vindicantem, nec hoc privilegio, nundinis sollemnibus concessio, se tueri, nec sub hoc praetextu restitutionem rei furtivae, pretio etiam si nondum accepto, declinare potest, FRITSCH *cap. 8 §. 4 num. 22 p. 304*, ENGELBERTVS WIPPERMANN primus ex gente mea antecessor Rinteliensis *de mercatura cap. 7 §. 3 p. 39*; cautius enim talis mercari discat, sunt verba *l. 2 C. de furr. & servo corr.* Si quis enim ignarus ejus conditionis, cum quo in mercatu publico sollemni con-



trahit, & damni quid inde in ipsum ex tali conventionē re-
dundat, hanc jacturam nonnisi suae, ignorantiae & negligē-
tiae imputare debet.

§. XXVIII.

CESSAT, INTERPOSITA RENUNCIATIONE.

Nec privilegiorum nundinis sollemnibus concessorum tan-
ta est auctoritas, uti nonnulli sibi persuadent, ut illa nullo mo-
do neque mutari, neque impediri possint, unicuique enim
juxta *l. 41 D. de muneribus*; „*licet contemnere haec, quae pro se in-*
rodueta sunt; „ nec haec renunciatio commodo publico & securi-
tati nundinis indultae contraria esse videtur, quasi securitas
publica turbaretur, si in ipsis nundinis mercator detineatur, vel
in carcerem detrudatur, quoniam eo, quod renunciantis securi-
tatis tollitur, aliorum securitati nec damnum, nec injuria inferitur.

§. XXIX.

CESSAT FINITIS NUNDINIS.

Cessant denique privilegia nundinis sollemnibus concessa
finitis ipsis nundinis; Ut vero initium & finis nundinarum
omnibus & singulis eo melius innotescat, nundinae plures sol-
lemnes dato campanae sonitu tum inchoari tum finiri solent,
Germanice, „*die Messe wird ein und ausgeläutet*. Campana igitur
circa finem nundinarum vix quiescente, creditores concurrunt,
judicem adeunt, urgent arrestum, vel ipsis mercatoribus
vel eorum rebus imponendum: hinc in septimana solutioni
praestandae destinata, „*Zahlwoche* cuius creditori arresta con-
tra debitores suos petenti sunt concedenda.

§. XXX.

INITIUM ET FINIS NUNDINARVM SOLLEMNIVM VARIE INDICATVR.

Neque tamen putes signum nundinarum, tum inchoanda-
rum



rum tum finiendarum, ubique esse campanae sonitum. Alibi enim adhiberi solet scutum, das Marktschild, alibi vexillum, quod posterius symbolum in nundinis Schauenburgicis sollempnibus usurpari solet: quapropter Divus Ernestus legislator in ordinatione politiae Schauenburgica sanxit, „So lange die Fahne „ausgesteckt, sol keiner die Zeit über um Schuld, und ander bürgerliche Sache arretirt, und aufgehalten werden, & paullo post: „es „geschehe dann auf dem Markt und bey ausgesteckter Fahnen: et rursus: „die Markt-Fahne soll im Sommer zu 6, und im Winter zu 8 Uhren ausgesteckt werden, und bis um 12 Uhr stehen, & denique: „wenn die Fahne ausgesteckt, soll aller Verkauf — verboten seyn; Sed observantia invaluit, ut vexillum nundinale Rintelienſe per triduum a vespera, quae nundinas proxime antecedit, computandum, turri ecclesiae parochialis, sacris Lutheranorum celebrandis dicatae, & foro urbis nostrae vicariae exsertum suspensumque permaneat. Per hoc triduum ergo mercatores, ad sollempnes nundinas Rintelienſes profecti, concessis immunitatibus perfruuntur. Finitis igitur nundinis, audito campanae sonitu, vel, uti hoc loco moris est, reducto vexillo nundinali, quod hactenus suspensum fuit, nulli peregrino mercatori libera mercium venditio permittitur, FRIEDERICVS ORTH „von den Reichs-Messen p. 60, 66. Huc quadrant verba ordinationis Schauenburgicae: „außer dem Wochen-Markt soll kein Gast mit dem andern kaufen, quae verba, licet hoc loco intuitu nundinarum hebdomadariarum fuerint adhibita, ob eandem tamen rationem etiam ad nundinas sollempnes applicari possunt, quum finitus nundinis indulta nundinarum libertas, plena emendi vendendique facultas, cesset.



§. XXXI.

USVS VEXILLI.

Publicae venditiones apud Romanos sub hasta fiebant. FESTVS voce hastae: „*hastae subijciebantur, ea, quae publice vendebantur, quia signum praecipuum est hasta.* Germani inter alia publicae venditionis symbola vexillum adhibuerunt. *Vexillum*, gratissima Germanorum tessera, etiam in aliis negotiis solemniori ritu celebratis usurpata. Sic vexillum praecipuum inaugurationis beneficiariae symbolum, ESTOR *de inaugurat. benefic. cap. 1 §. 18 p. 26*; inde feuda vexilli orta, de quibus multo cum eruditionis apparatu commentatus est GVDNLING *de feudis vexilli*: ejusmodi inaugurations per vexillum factae describuntur in IOANN. PHIL. KVCHENBECKERI *anal. Hass. p. 111. p. 63*: varias vexillorum figuras delineavit IOANN. MICH. HEINECCIUS *de variis German. aliarumque nationum sigillis p. 199*.

§. XXXII.

FINITIS MVNDINIS MERCATORES HORVMQVE RES DETINERI POSSVNT.

Finitis mundinis sollempnibus, immunitates mundinales sunt extinctae; hinc contra mercatores in illis locis, per quae ad mundinas, iis nondum inceptis ire, vel, iis finitis, redire solent, arresta optimo jure decerni possunt, ENGELBERTVS WIPPERMANN *cit. loco §. 3 p. 39*; quandoquidem salvus conductus, mercatoribus ad mundinas sollempnes proficiscentibus ad tempus mundinarum vel coeptarum vel adhucdum durantium restringi debet, CARPZOV *constit. 30 def. 28*, BERLICH *p. 1 conclus. 77 num. 9*: Dissentit, WIESAND. *alleg. Diff. p. 30*.

§. XXXIII.

MISCELLA.

Nonnulla haecenus deductis, verbis licet brevissimis, ad-jicere liceat ex Ordinatione politiiae Schauenburgica 1) Omne propolium, durantibus mundinis sollempnibus, graviter est interd-ctum: adponam ipsa hujus Ordinationis verba: „*Wenn die Fahn*
„*ne*



„ne ausgestecket wird, soll aller Verkauf durchaus an allen Orten, so
 „wohl des Abends, als des Morgens, in und außerhalb der Stadt
 „verboten seyn, die das aber nicht halten/ gebührlich darum gestraft
 „werden. „ Nihil commerciorum flori, nundinarumque libertati
 magis nocivum est, quam propolarum, sui commodi studiosorum,
 artes. 2) Licet, ex concessione divi Ernesti, magistratibus muni-
 cipiõrum Schauenburgicorum, contra omnes peregrinos mercato-
 res, ex illis locis advenientes, in quibus mercatoribus Schauen-
 burgicis, durantibus nundinis anniversariis, quamquam minus
 sollempnibus, facultas vendendi denegatur, jure retorsionis uti, ad
 illos a libera, durantibus nundinis sollempnibus, vendendi fa-
 cultate excludendos: id quod & aequitati naturali, unico & vero
 juris retorsionis fundamento, NICOL. HIERON. GYNDLING in Di-
 gest. L. II. 2 tit. 2 §. 5 p. 155, GODOFRED. BAVER de vero fundamen-
 to, quo retorsio nititur inter civitates S. 14 p. 24, ESTOR Anfangsgr.
 des Necesses tit. 243 §. 20. 24 p. 734 convenit. Hoc re-
 torquendi jus, quod alias non magistratui, sed soli principi
 IOANN. CHR. WEINLAND in otio academico, de retorsione jur^{is} S. 7
 p. 12 §. 14 p. 31 competit, in ipsa ordinatione politica Schauen-
 burgica, magistratibus municipalibus Schauenburgicis, §. In
 zweyten Städten, est concessum. 3) Optimo jure vi hujus
 Ordinationis, ob verba: „Da es nicht hergebracht zc. subditi
 Schauenburgici postulare possunt, ut suae tabernae primum lo-
 cum, eumque foro proximum, durantibus nundinis non solum
 anniversariis, sed etiam hebdomariis, occupent.

§. XXXIII.

SCRIBENDI OCCASIO ET IVITATIO.

Ad programmatis hujus Academici conscribendi occasio-
 nem jam me converto. Apparuit dies decimus septimus Julii,
 quo universitas haec litterata omnibus sollempnibus est inaugura-
 ta, quique, ad celebrandum anniversarium nostrae Ernestinae
 natalem, dies festivus in statutis Academicis est constitutus. no-
 bisque, mutatione magistratus Academici, semper facer. Ele-
 ctus est, concordibus Academici senatus suffragiis, in annum nunc
 instantem, futurus hujus sedis litteratae Prorektor, VIR
 ppa-
 Aris



stris & acutissimus CAROLVS GODFREDVS FÜRSTENAV, Philosophiae Doct̃or, Oeconomiae, Logices & Metaphysices Professor Publicus Ordinarius, fautor & Amicus Aestumatissimus, quam electionem SERENISSIMVS PRINCEPS AC DOMINVS FRIEDERICVS II Hassiae Landgravius, Princeps Hersfeldiae, Comes Cattimeliboci, Deciae, Ziegenhainae, Niddae, Scbauenburgi, Hanoviae reliqua, princeps ac Dominus noster Clementissimus benignissime confirmavit. Festivitate ob diem dominicam, ipsum Ernestinae nostrae diem natalem proxime sequentem, in diem 19 Jul. ex consensu ordinis Academici translata, ego Prorektor decedens eodem die XIX Jul. qui ad transferenda insignia in futurum Prorectorem est condictus, magistratum, quem haectenus feliciter gessi, ejusque insignia Prorectori succedenti, Illustri FÜRSTENAVIO, rite & more in Academia nostra recepto, tradam: ad quae sollempnia VIROS OMNIVM ORDINVM AC DIGNITATVM SPECTATISSIMOS, GENEROSAM IMPRIMIS AC NOBILISSIMAM STUDIOSAE JUVENTVTIS NOSTRAE ACADEMICAЕ CORONAM, quam humanissime, quamque amantissime invitatos volo, ut hunc actum, Academiae nostrae festivum, fuis antea publicis in templo, S. Nicolao olim dicato, precibus, in auditorio nostro majori celebrandum, sua praesentia condecorare, supplices preces pro perpetua PRINCIPIS AC NVTRITORIS NOSTRI indulgentissimi, totiusque serenissimae familiae Hassiacae salute, fundere, pro novi Prorektoris incolumitate, pro perpetuo hujus Universitatis literatae flore, sua nostris votis jungere, nosque utrosque, & me quidem perbrevis sermone: *de beneficii religionis causa emigrantibus concessis ad illustrandos §. S. 36 & 37 I. P. O. magnificum vero successorem meum! de limitibus officii propagandae veritatis* differentes benevole audire, haud dedignentur. Dabam Rinteli d. 17 Jul. MDCCLXXIII.

(x225 7030)





Pub. 12. num. 7.

9 /

1773, 2.

UNIVERSITATIS LITTERATAE ERNESTINAE
 PRORECTOR
 CAROLVS GVILIELMVS
 WIPPERMANN
 S. P. O. PRIM.
 ORDINIS ICTORVM H. T. DECANVS
 MAGISTRATVM ACADEMICVM
 EIVSQVE INSIGNIA
 VIRO
 ILLVSTRI ET ACVTISSIMO
 CAROLO GODOFREDO
 FÜRSTENAV

S. DOCTORI ET OECONOMIAE LOGICES ET
 METAPHYSICES P. P. O.

D. XIX. IVLII MDCCCLXXIII.

RITE ET MORE MAIORVM
 TRADITVRVS

FLORIBVS SPARSIS

SOLLEMNES NVNDINAS RINTELIENSES

OCCASIONE

CAP. XL. ORDINAT. POLIT. SCHAVENB.

AD ORNANDAM HANC PANEGYRIN
 NVVM ORDINVM ET DIGNITATVM VIROS
 EROSAM IN PRIMIS ET NOBILISSIMAM
 IVVENTVTIS ACADEMICAE

CORONAM
 QVAM HVMANISSIME
 INVITAT.

RINTELII, TYPIS IOH. GODOFR. ENAX, A. T.

